



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

COLLA=||TIONVM SACRA-||RVM LIBRI VIII.

Bredenbach, Tilmann

Coloniae, 1584

VD16 B 7375

18. De confessione sacramentali ipsi S. Ioanni facta & miraculo ad sepulchrum S. Ioannis ad preces confessæ mulieris patrato, ipsoq[ue] peccato propter S. Ioannem deleto.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52445](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52445)

Ex vita S. Ioannis Eleemosynarij auctore Sa-
meone Metaphraste. De confessione sacra-
mentali ipsi S. Ioanni facta, & miraculo ad
sepulchrum S. Ioannis ad preces confessione
licetis patrato ipsoq; peccato propter S. Ioa-
nem deleta. habetur Tom. 1. Suriy.

CAP. XVIII.

QUADAM mulier, orta in oppidulo, quo
tulerat Patriarcham Ioannem eleemo-
synarium, postquam relinquit eum
esse migraturum ad dominum, magni & graui
peccati sibi conscia, accurrit ad beatum, & co-
lidis lachrymis profusis, eius pedes tangens,
petebat illius peccati absolutionem. Ille
tem, si credis, inquit, meis precibus re-
hoc peccato obsoluendam, oportet omnino
id prius confiteri. Cum autem dixisset se non
posse id labijs proferre, iussit id scriptis sig-
nificare. Cum verò videret eam id egre firmo
iubet vt ipsa id scribat, & suo ipsius signa-
muniat, & sic ei tradat schedulam. Cum
sic factum esset, & in eius manus tradita
set, ob signata schedula, rogabat mulier
obtestans, vt nihil eorum, que inerant, venisset
ad cuiusquam cognitionem. Quinque dies
huc praterierunt: & magnus ille excedens
vita, migravit ad iustorum tabernacule, &
nihil de ea re cuiquam dixisset omnino. Cum
autem mulier, diuina quadam fortè pronun-
tia, non adfuisset illo die, quo excedisset
ea accedens ad sepulturam, & dubitans ne forte

*Penitentibus
ne cessaria est
confessio.*

quæ eius fidei commissa fuerat schedula, neglecta & in episcopatu relicta deprehenderetur ob omnibus dolore affecta, à se propemodum discesserat, sed cum fide ardentissima se rursus collegisset, quàm maxima potuit celeritate venit ad illius capsam, & tanquam eo vivo, clamabat: Quid hoc fecisti ò vir diuine, mihi peccatrici, vt nunc efficiar ab omnibus probro & dedecore? Quod enim ne tibi quidem potui aperire propter lapsum insignem, hoc erit omnibus manifestum. Vtinam ne cogitasset quidem de te hac re conuenire. Existimans enim per te pœnas futuras effugere, & hoc non sum affecuta: & quod ex eo oritur, dedecus mihi cõciliaui. Sed enim non recedam à tuo sepulchro, neque omninò hinc surgam, nisi de ijs, quæ petiui, me feceris certiozem. Persuasum enim habeo te non esse mortuum, sed in Deo viuere, & te apud eum posse, quæ vis, facere.

Hæc dicens, & alia his similia, tribus diebus & totidem noctibus venerandæ eius capse affedit, & (ò Dei miracula) vltima nocte egreditur è capsâ vir ille admirabilis simul cum ijs, qui cum eo iacebant, Episcopis: (Eiusmodi enim erat id, quod apparebat) & ei dixit: Quo usque ò mulier, clamans, ex ijs qui hic sunt, molesta? Nostra enim vestimenta iam tuæ humectarunt lachrymæ, fluentes instar fluuij. Cû hæc dixisset, tradit ei schedulam sicut erat ab illa obsignatam. Deinde, Agnoscisne hunc, dixit,

xit, ô mulier? Accipe ergò, & eam soluens, vide Dei opera admirabilia. Cùm illa autem surrexisset, & ad se rediisset, videt quidem rursus sanctos suam capsam ingressos, habens verè schedulã in manibus, viro illaeso manente signaculo. Quod quidem cùm soluisset, priorem quidem scripturam inuenit deletam, alienam autem videt positam subscriptionem, quã sibi habebat: Propter Ioannem seruum meum delatum est tuum magnum peccatum.

Eusebius Casarien. lib. 6. Eccles. hist. cap. 7. De

Narcisso Episcopo Hierosolymorum, qui aquam quam vertit in oleum, & dum crimine falso insimulatur, vindicta diuina vultum in testes periueros, per ea ipsa quæ sibi in periuurijs imprecati erant maledicta molitur.

CAP. VIX.

*Solennis dies
vigiliarum
Paschæ.*

ACCIDIT aliquando die solenni vigiliarum Paschæ, oleum deesse luminaribus, cumque id per ministros innotuisset, moeror plebi maximus fuit. Sed Narcissus de fidens, ministris imperat haurire aquam ubique deferri. Cumque detulissent, orans benedixit aquam, & infundi luminaribus præcipit. Tum repente miro & sæculis inaudito genere virtutis, natura aquæ in olei pinguedinem versa, splendorem luminum etiam solito reddidit clariorem. Ad fidem autem reuera plurimis religiosorum fratrum ex eodem oleo quod versum de aqua fuerat, reseruatam est, ita vt ad nos vsq; miraculi huius iudicium

*Aqua in oleum
versa.*